



**Processus Juridicus contra sagas & veneficos, Das ist:
Rechtlicher Proceß/ Wie man gegen Unholdten vnd
Zauberische Personen verfahren soll**

Goehausen, Hermann

Rintelii ad Visurgium, 1630

XIX. An mulieres poßint esse testes in causis criminalibus & quatenus in crimine veneficij ad torturam probent.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64982](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64982)

QUÆSTIO XIX.

*An mulieres possint esse testes in causis
criminalibus, & quatenus in crimine
veneficii ad torturam
probent.*

Quæstio hæc utilis & necessaria est, et enim cum, teste Experientia, plures fœminæ, quam viri cum Diabolo paciscantur & maleficia dicant, quippe mulieres, ob defectum iudicii, citius credunt & facilius decipiuntur, quam viri; sunt magis curiosæ & ad libidinem & luxum proniores, videantur Binsfeld. *in rubr. C. de Malefic. & Mathemat. notab. 8.* Paulus Grillandus *tract. de sortilegiis. q. 7. n. 31.* Jacob Simanca *de Cathol. instit. tit. 37. n. 3.* hinc fit ut fœminarum quam virorum testimonia in crimine veneficii frequentiora sint, quocirca quantum ipsis fidentum, & qualiter probent, inquirendum erit.

Et distinguendum hic est: Aut queritur inspecto *jure Canonico*, & eo *jure mulier*

Qu. XIX. An mulier possit testari
 fieri inhabilitatur à ferendo testimonio
 in causis criminalibus. *c. mulierem. 33. q. 5.*
cap. forus. §. testes. de verbor. significat. idque
 propter sexus fragilitatem, cum vereamur,
 ne ferat varium, mutabile, vel falsum
 testimonium, ac ideo non recipitur
 mulier in foro Ecclesiastico pro teste in
 causis criminalibus criminaliter actis, ubi
 poena corporalis imponenda foret. Decius
 in *c. quoniam. de testibus.* Gomez. tom.
 3. var. resolut. c. 12. num. 13. Onded. *consil.*
 100. num. 24.

Id tamen jure Canonico fallit aliquot
 casibus, de quibus videri possunt Decius,
 in *L. fœmina, n. 34. ff. de R. I. Clarus. §. finali.*
q. 24. n. 3. & late Farinacius *quæst. crim. 59.*
n. 1. & seqq. præsertim autem fallit in cri-
 minibus exceptis, & nominatim in crimine
 veneficii, quod constat esse huiusmodi ut
 eius veritas aliter quam per mulieres vix
 haberi possit; ita Baiardus ad Clarum. *d.*
quæst. 24. n. 9. & Bodin. *lib. 4. Demonom. c.*
4. & plures adducti à Farinacio. *d. q. 59. n.*
10. Et ergo etiam jure Canonico in cri-
 mine veneficii excepto, mulieres pote-
 runt

runt dicere testimonium. De *jure* autem *Civili* expeditum est, & sic practicatur, fæminas etiam in criminalibus, si aliud non obstet, ad testimonium dicendum recipi. *L. ex eo. ff. de testibus. cap. ex eo. 15. q. 3.* Farinacius. *d. q. 59. n. 17.* ubi plurimos allegat Baiardus ad Clarum *d. q. 24. n. 8.* qui etiam in ditionibus Ecclesiæ sic practitari testatur.

Ex iam dictis patet, fæminas *jure Civili* in causis criminalibus generaliter, & etiam *jure Canonico* in exceptis, ad testimonium admitti; cæterum quatenus probent ac quam fidem faciant ad torturam, & an ex plurium mulierum confessionibus, in crimine veneficii ad hanc procedi possit, de eo non immeritò quæritur. Respondent quidem *Doctores Patavini* apud M. Ant. Peregr. *consil. 2. de Sagis. n. 66.* si aliud non obstet, quam sexus exceptio, ex testatione seu denominatione duarum mulierum justè procedi posse ad torturam, attamen vereretur ego hoc sequendum dicere: Video nihilominus Delrium *lib. 5. in append. 2. quest. 13.* istud

180 *Qu. XIX. An mulier possit testari*
approbare, ita enim inquit ille, si probabili-
ter tales dua denuntient, cum bonis circumstā-
tiis, maximè scientiæ causa, & non sint contra-
ria virorum testimonia, qua semper pluri fa-
cienda, non vereretur hoc sequendū dicere; Quod
si viri unius testimonium adesset, non dubita-
rem cum eo unius mulieris benè munitam cir-
cumstantiis requisitis nominationem admitte-
re ad torturam, solarum etiam trium fæmi-
narum complicum denuntiationem ad ean-
dem sufficere posse censeo. Hæc Delrio, qui
tamen rectè subiicit, sententiam eorum
& tutiorem esse & rationi maximè con-
sentaneam, qui semper volunt ad mini-
mum trium fæminarum nominationes ad-
esse debere, si iudex denuntiatam perso-
nam ad quæstionem trahere velit; enim-
verò si viri testimonium plus ponderis
habet; quam fæminæ ob sexus fragilita-
tem, utique non perinde, sicuti duorum
virorum lociorum denuntiatio ad tortu-
ram sufficit, ita quoq; duarum fæmina-
rum nominationes ad hoc sufficient, sed
plurium verius requirentur.

Quare, ut concludam, Ob nun voss in
Welle-

Weltlichen Rechten die Weibs Bilder zu
Gezeugen zugelassen / auch in der peinlichen
Gerichtsordnunge / quod nota, außtrück-
lichen nicht verboten werden; So solle es
doch dem Richter desto mehr Nachdenckens
machen / wann nurrend zween Gezeugen /
vnd der eine ein Weibs Person were / die
Umstände fleissiger vnd mit allem gebüh-
rendem Ernst einzunehmen; ob nemlich sol-
che Gezeugin guten Eumuths / der Beflaga-
tin nit feindt / oder auffsezig seye: Item wie /
gegen weme / warumb / vnd was dieselbige
eigentlich geredt habe / vnd was der circum-
stantien mehr feindt / *quæ omnia discre-*
tioni & iudicis prudentis arbitrio relin-
quuntur, bevoorab weiln die constitutio cri-
minalis art. 30. erfordert / wann zween Ge-
zeugen seind / das solche gute teugliche / vns
verwerffliche Gezeugen sein sollen: ubi di-
sputari possit, utrum mulier de ipso ma-
leficio & in causa principali deponens,
semiplenam probationem induceret, ad
quæstionem sufficientem? Ambi-
go & cogitandum re-
linquo.

S s

Quæ